

veniat: non dum enim apparuit quid erimus. Scimus quoniam apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est (I Jo.3,2). Tunc "et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei" (Rom.8,21).

4. (Revelatio non est inanis inventio humana). Qui Revelationis divini ministri facti sunt, non ^{ex}caeca illusiones neque ex intentione aedicandi, historiam mirabilium Dei imaginaiverunt, sed evidentia factorum ducti et intus illuminati: "non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines" (2 Petr.1,21). Super omnia Dominus noster, qui semper palam locutus est mundo (cfr. Jo.18,20), vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo et omni populo (cfr. Lc.24,19), transiens benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo (Act.10,38), quemque injustum occisum Pater suscitavit tertia die et dedit eum manifestum fieri testibus praeordinatis a Deo: apostolis, qui manducaverunt et biberunt cum filios postquam resurrexit ex mortuis (cfr. Act.10,39-41), opera fecit quae testimonium perhibent ut in Eo creddatur (et cfr. Jo.5,36; 14,11). Non ergo doctas fabulas secuti sunt qui notam fecerunt nobis Domini nostri Iesu Christi virtutem et praesentiam, sed speculatorum facti illius magnitudinis (cfr. 2 Petr.1,16).

Hac de causa, sacra Synodus, tradens quod et accepit, si Revelationem proponit "non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei" (1 Tes.2,13), sibi conscientia est exhortationem suam non esse de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Immo tota beneficia orientur attendentibus sermoni Domini, quasi lucernae lucebti in caliginoso loco, donec dies elucescat (cfr. 2 Petr.1,19), et potenter in eis et per eos augebitur pietas, quae ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est, et futurae (cfr. 1 Tim.4,6-8).

5. (Caracter supernaturalis et progressivus fidei). Eide in revealantem Deum transitur a morte ⁱⁿ vitam (Jo.5,24) atque de hac veritate Jesus Dominus testimonium dedit quod liberaret nos (cfr. Jo.8,32). Inde oboeditio fidei (cfr. Rom.16,26) est actus eminentissimae libertatis, ad quem nemo umquam cogi debet nec potest, et simul effectus supernae gratiae, qua ipse Deus sensum aperit, cor movet et convertit. Nemo

enim potest venire ad Christum, nisi Pater traxerit eum (Jn.6,44). Qui autem credentes jam comprehensi sunt per Christum Jesum et forte omnia detrimentum fecerunt propter eminentem scientiam Domini sui, non arbitrentur sese comprehendisse; quae quidem retro sunt obliviscentes, ad ea vero quae sunt priora, extendant seipsos, ~~quibusdam~~
ad destinatum prosequentes, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Jesu (cfr. Phil.3,7-14). Ut enim caritas nostra abundet in scientia et in omnem sensum, Spiritus Paraclitus fidem jugiter per dona sua perficit, replens nos fructu justitiae per Jesus Christum, in gloriam et laudem Dei (cfr. Phil.1,9-11).

=====

Caput I

DE REVELATIONE IN GENERE

PATRIMONIO UC


7. (Apostoli terminum dant Revelationi). Revelatio divina terminum recepit su apostolis Christi, quippe qui mandatum acceperunt Evangelium Domini sui tamquam fontem omnis et salutiferas veritatis et morum disciplinae omni creaturae anuntiarent. Illi autem profecti praedicaverunt ubique (Mc.16,20), ~~cum~~ instantes orationi (cfr. Act.6,4) liturgiam celebrabant necon vitam comunitatis regebant secundum regulam sanctitatis et veritatis. Quae ergo ita verbo, opere et vitae communione tradiderunt, sacrum depositum, fideliter custodiendum, constituit (cfr. 1 Tim.6,20). Procul dubio autem inter dona nobis per Apostolos tradita eminet Sacra Scriptura, quam quidem ut Antiquum Testamentum a patribus, mediante Christo, acceperant, aut, ad Novum Testamentum quod attinet, partim ipsi, partim alli sub eorum auctoritate conscripserunt. Omnia autem quae sub Apostolis, Spiritum Christi ~~in~~ instructis, tradita sunt, unum Depositum fidei constituunt, quod est norma normans et non normata, qua creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (cfr. Rom.10,10).

8. S. Scripturae et S? Traditionis mutua relatio). Distinctio inter S. Scripturam et sine scriptis Traditione (cfr. Conc. Trid.) non tollit integratatem et unitatem Revaltionis diuinae. Ambae partes sau-

mae unius fidei Depositi ita mutuo se habent, ut altera alteri extranea non sit. Immo arcte inter se connectuntur atque communicant. Scriptura per excellentiam est thesaurus traditus, jungens charismati apostolicae auctoritatis privilegium inspirationis. Traditio, in transmittendo per decursum saeculorum Revelationem nequam alterare aut addere potest quod non in Sacro Deposito continetur et in specie non plane Scripturæ ~~exprimitur~~ sit consentaneum; ~~in~~ Ambae, ex eodem fonte promanantes et in eundem finem tendentes, in unum quodammodo coalescunt: si enim Scriptura dici potest artificium divinum speciali industria Spiritus Sancti constructum ad tradendum et communicandum Verbum Dei, ~~exprimitur~~^{separari} non potest a Traditione in qua ~~exprimitur~~ posita est ~~quaeque~~^{qui} eam transmittit. Quapropter pari pietatis affectu ac reverentia suscipienda ac veneranda sunt.

9. (Utriusque relatio ad S. Magisterium). ~~Scripturæ~~ ~~magisterij~~ ~~depositum~~ ~~integrum~~ sacri verbi Dei depositum Ecclesiae Christi concretum est, cuius vivum Magisterium, quod quidem non supra verbum Dei est, sed eidem ministrat, illud ex Christi institutione et Spiritu Sancto assistente, authentice et ~~in~~ casu dato etiam infallibiliter interpretatur et tuetur, ~~ne~~ ^{nec non} foyet et ad tempora applicat, proficiendo in comprehensione altissimae veritatis quae in sacro Deposito continetur et etiam enucleando quaedam difficilia intellectu (cfr. 2 Petr. 3, 16). Exinde regula fidei permanens et fundamentalis, ~~quae~~^{qua} est sacrum Depositum, ab Ecclesiae Magisterio tamquam a norma proxima authentice nobis communicatur.

10. (Conclusio). Patet igitur S. Scripturam, S. Traditionem ac Ecclesiae Magisterium, juxta sapientissimum Dei consilium, ita inter se internecti et consociari, ut unum sine aliis consistere non possit. Sensui fidelium, qui in cognitione misteriorum Dei summe aestimandus est, sic liber et amplius accessus ad fontem aquae vitae datur (cfr. Apoc. 21, 6).



Caput II et caput III placent; cum adaptationibus accip possunt.
Caput IV, de N.T., miseri contenti est; profunde renovari debet.
Caput V, de usu S. Scripturæ in Ecclesia, minus rhetorice et cum maiore precisione et insistentia loqui debere videtur.
Caput particulare de S. Traditione, ejusque origine, contenti et evolutione, desideratur.